

Illustre

RESPONSVM  
I V R I S

AN F O E M I N Æ  
A B E I S V E D E S C E N -  
D E N T E S I N S V C C E S S I O N I B V S

Regnorum, Principatum, Ducatum, Comitatum, &c. ab in-  
testato prouenientium, extantibus masculis iure exclu-  
dantur, & masculi soli eorum vè descenden-  
tes admittantur :

*I N A R D V A Q V A D A M G E N E R O -  
sissimorum quorundam P P. causa editum*

à

IACOBO ORLOSHAUSEN, I. V. Licent. &c.

*Nunc primum ob insignem utilitatem prodit*

A N N O



*45-8-10.*



Sumptibus HELIÆ KEMPACHII, Bibliopolæ Spirensis.



VIRO AMPLISSIMO, VIR-  
TVTE ERVDITIONE MVLTO-  
QVE RERV M VSV PRÆ-  
STANTI,

D. ALBERTO SCHILT: &c. Domino  
suo & Amico colendo:

*Felicitatem.*

**S**ALVAM esse in Rebus publicis ordinum, familiarum-  
que dignitatem publice interesse, Vlpianus in l. 1. §. sed  
& seruus, 13. ver. publice interest, ff. de ventr. inspiciend. ait,  
eamque successionum in primis jure, differentiisque v-  
triusque sexus in hereditatibus ad eundis factam rectam  
conseruari, attestantur plerique Iurifconsulti: & quidem res manifesto  
patet. Dum enim ad æquato successionis jure ad paternas, cognatas, a-  
gnatasve hereditates sceminae adspirant, in primis ad Generosorum fra-  
trum suorum cognatorum, agnatorumve aliorum arces, atria, vrbes, i-  
mo ipsa imperia, primatus, principatus & dominia, abstrusos cuniculos  
agunt. De prædijs virilem sexum præcipitare, gentilitijs auitis spoliare  
opibus, antiqua potentia, & dignitate exuere pertentant. Hinc poten-  
tes exurgunt Dominae, regnorum verò Ducatum, Comitatum &  
Dominiorum fulcra extirpantur, caduntque Domini sua potentia.

His scilicet artibus & technis, suis exhaurire diuitijs, potentia & vi-  
ribus viros spoliare, Theodora Iustiniani Imperatoris coniunx ausa est.

Huius enim suasu & impulsu Tribonianus consilium legis de æquali  
in successione ab intestato vtriusque sexus jure ferendæ huiusmodi  
protulit:

Maximum vitium antiquæ subtilitatis est, quæ putauit alia esse jura  
obseruanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in ma-



R E S P O N S V M  
I V R I S,

A N F O E M I N Æ,  
ET AB EIS DESCENDENTES  
IN SVCCESIONIBVS AB INTE-  
stato extantibus masculis recte excludantur, & masculi  
soli, vt & eorum descendentes ad-  
mittantur.

S V M M A R I A.

- 1 *Causas differentiarum sexus in successionebus rita tractationi earum historia iuris commode premititur.*
- 2 *Inconueniens rei tractatio sine prefatione.*
- 3 *Historia iuris in successionebus circa differentias sexus varietas, varias earum atque graues causas arguit.*
- 4 *In nullo iuris articulo fuerunt tam mutabiles legumlatores, quam circa differentias sexus in successionebus.*
- 5 *Historia iuris circa successiones.*
- 6 *Testamentaria.*
- 7 *Olim filio praterito testamentum non constitit, non item praterita filia, sed tum illa cum filiis equaliter successit, extraneis vero institutu semissem accepit.*
- 8 *L. Voconia nemo qui centum millia sestertium possidebat mulierem, ne vnicam quidem filiam instituere heredem, nisi in quadrante poterat.*
- 9 *Lege 12. tabul. differentia legis Voconia iterum obsoleta.*
- 10 *In quo pratores, l. 12. tab. secuti sunt.*
- 11 *Legitima successione differentia inter sexum proueniunt ex iure diuino.*
- 12 *Romani differentias sexus in successionebus ab Atticis mutarunt.*
- 13 *Ex l. 12. tab. intestati hereditas, primum ad suos heredem tam masculos, quam feminas pertinet.*
- 14 *Sui heredem sunt etiam nepotes ex filio defuncto superstites, ex filia vero non item.*

## CAPVT I.

Primò autoritate Imperatoris Iustiniani, & Iulij Pauli I. C. iniquissimi accusatores naturæ arguuntur, cur scilicet non omnes homines ea generarit masculos, vt ex quibus generetur non fiant? qui inter sexum distinguunt, & alius meliorem, alterius vero deteriorem, præcipue in successione, conditionem faciunt.

## SUMMARIÆ.

- 1 Differentia sexus, &c. secundum Iustin. naturæ & omni æquitati repugnant.
- 2 Nam primo naturam accusare videntur, quod non omnes homines masculos & nullas fœminas generet, vt ex quibus nascerentur, non fiant.
- 3 Imo etiam punire fœminas videntur saltem quod fœmina sine sua culpa, sed vitio natura nata sint.
- 4 Naturam accusare non licet.
- 5 Non est puniendus qui nihil commisit.
- 6 Humana legis inuidia videtur, in bonis hisce terrenis æquale fœminis cum masculis in non concedendi, quarum usum nec ipse Deus illis denegat.
- 7 Ab initio Deus & marem & fœminam æquali conditione in Paradiso collocauit.
- 8 Tam fœminis quàm masculis hereditas cœlestis pretioso filij Dei sanguine redempta est.
- 9 Prima inobedientia, prima ingratitude, prima impietas erga Deum à fœmineo ausu.
- 10 Posito, quod fœmina dignitate naturæ sit inferior mari, non tamen videtur in hereditatibus caducis postponenda mari, quia nec Deus in hereditate cœlesti postposuit.
- 11 Non naturam tantum, sed etiam Deum accusa, eique suam exprobrare